



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

13. Octobris. Inter pium, & vanum hominem ea est differentia: ille abstinet terrenis, & abundat spiritualibus solatiis; iste delectatur sensualibus, & cruciatur internis. S. Ignat. apud Nolarc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Cœlum aspice; ibi patria est, quò tendis; sed per cœlum terrestre non est via ad æternum. Qui ducunt in bonis dies, non habent, quòd cœli aspectu recreentur; nulla illis ibi spes.

13. Octobris.

Inter pium, & vanum hominem ea est differentia: ille abstinet terrenis, & abundat spiritualibus solatiis; iste delectatur sensualibus, & cruciatur internis. S. Ignat. apud Nolanc.

NOlo solatium, cui certa succedit desolatio; malo tristitiam, quam sempiterna excipit lætitia. Lætetur, qui volet, ducat in bonis dies suos. Gaudia hæc finem non implent.

Si vis, ne tibi mundana solatia illudant; lude cum illis, & pilæ instar procul à te rejice; plurimos illa miseros fecerunt. Sinceriori nunquam te afficient solatio, quàm contempta.

Pius, & impius parem in vultu exhibere lætitiã possunt, corde similem fovere nõ possunt; illius conscientia cœlum est, perpetua ibi quies absque metu; hujus anima sicut mare furens semper in motu, & metu.



Una

Una rosa quot non alit spinas! hæc solatio-
riorum mundi sit imago; caduca volu-
ptas mille post se trahit amatores. Nulla
sincerior voluptas, quàm voluptatibus
carere posse.

14. Octobris.

*Malus ipse facile alios suspectos habet; ut, qui
vertigine laborat, credit omnia commu-
veri; non horum, sed humorum in suo capi-
te inquietorum vitio.* S. Ignat. ap. Mass.

IN umbris ambulat, quisquis suspitioni-
bus agitatur; videre se credit, cum calig-
go teneat oculos. Pessimi dimensores, qui
suo omnes pede metiuntur, & sibimet ipsis
mentiuntur, opinione seducti.

Qui citò credit, citò decipitur. Quid mi-
rum? quòd toties errent, qui suspitionibus
aguntur. Nihil est magis pronum, quàm
in umbris impingere, cespitare, cadere.

Justa Dei vindicta est, ut de quo quis
alium vitio reum putat, ejus reatum com-
trahat; talionis hæc pœna est: nulli pejus
de aliis sentiunt, quàm qui nihil in se ipsis
boni comperiunt.

Se negligunt, de aliorum moribus cur-
siosi; quam suis erroribus corrigendis im-
pen-